

TOTIUS OPERIS

INITIUM.



1. **I**UM per curriculum annorum octo, utriusque juris Theoricam, studentibus in Salmanticensi Academia exponere infudaverim, venit mihi in mentem, quantum ex usu eiusdem esset, praxim, & stylum etiam ostendere: 2. ut sic Theorica, Praxi, & communi procedendi stylo instructi, & foro advocare, & in iudicio mortalibus jus suum tribuere possent. 3. Quod minime eis liceret, si eorum altero carerent: claudicarent enim, sicut aliquo pede orbi: 4. nam non solum legibus, & consuetudinibus, verum etiam stylo, & usitata praxi iudicandum est: 5. & stylus, qui longævus est usus causarum, potest æquè ut jus allegari, cum ad litium ordinationem, tum ad earum decisionem, (a) quia stylus facit jus, (b) 6. & per stylum non tenet legibus derogatur. (c)

7. Ideo Judex contra Fori consuetudinem iudicans inique agere dicitur; (d) 8. nam stylus ex nimia peritia procedit, quæ facit artem, ut ait Philosoph. (e) 9. & ubi deesset lex, stylus succederet. (f) 10. Usque adeo, quod Judex contra eum decernens, suam litem facit: 11. & si stylus notorius sit, erit sententia nulla. (g) 12. Hinc advocatus, qui falsò usitatum stylum allegaverit, sicut qui legem, punietur. (h) 13. l. i. tit. 7. Part. 7. quæ sic amplianda & accipienda est. Et merito, 14. quia vera legum interpretatio à praxi, & communi stylo sumitur, ut ex Baldo, & Decio reatumpsit Hyppolitus in Prædic. Crimin. (i) Ubi (j) conscripfit, 15. parum prodesset habere Theoricam, absque Praxi, & peritia styli, maxime tyronibus, qui in officiis se exercere cupiunt.

16. Quæ omnia, & alia, quæ passim de stylo, & praxi occurrunt, attentè perpendens

prælecte Theoricæ exercenda modum, praxim, & Fori stylum, quo ad ejus varia mutatio patiebatur, edocere decevi: 17. & tandem præterito anno MDLXXII. magno assantium applausu, & aula studentium plena, quos præ eorum multitudine non capiebat publicè edocui. 18. Unde cum temporis progressu ipsa practica praxi præ se tulisset, quantum emolumentum iudicibus, & tyronibus causarum Patronis attulisset, & in dies allatura esset, eorum instantissimis precibus devictus, coactus sui eam etiam prælo mandare. 19. Quam tamen sic mandavi partim Latino sermone, partim nostro Castellæ communi Idioma: quia tractatus ipse qui hoc in Regno modum procedendi, & stylum pertractat, aliud non patiebatur. 20. Nam in eo non juris subtilitates, non ejus apices, sed nudum, rudemque stylum utroque in Foro agendi, tam iudicibus, quam Advocatis demonstramus, in simulo & fontes, unde ille styli rivus, emanaverit, ostendimus: & interim nonnullus etiam locus, ubi opus fuerit, & res suaerit, dispensationi relinquatur.

Nos tamen, non fugit, nostrum humile typis mandatum opus universæ praxi Civitatum, & Locorum Castellæ haud facturum satis: 21. quia unaquæque Civitas suo solet abundare sensu, 22. sed nobis far erit ad ea, quæ frequentius accidunt praxim adaptare, & sic componere juvenes, tyronesque iudices, & Advocatos, ut nullo Tabellone, aut Procuratore Magistro, jus reddere, & causas agere incipere valeant: 23. ut inde veram praxim, quæ quotidiano forensi usu, & exercitio paratur, facilius sibi quærant. Quidquid tandem illud fuerit, gratiosè susceperim, curiosè perlectum, & fructuosè memoriæ commendatum velim: 24. & qui susceperit, perlegerit, & memoriæ commendaverit, spes eum pulcherrima foveat, suo patrocinio clientulos defendere, & rempublicam in partibus sibi credendis posse gubernare, ut promissit Justinianus. (k) 25. Quo ut pergant, præfens opus in tres partes, seu Tomos partiti institui: & in primo formam procedendi qua Judices, &

Ad.

(a) Ut probat Cardinal. in Clement. Sept. §. Et quia, num. 4. de Verborum significat. Et alii relati per Matienz. in Tractatu Dialogi Relatorum, 3. part. cap. 9. num. 7.

(b) L. Marc. ubi Lancelot. ff. de Jurisdictio. omnium Judic. Refert, & alia congerit Sylva Nupt. lib. 3. num. 32. Didacus Perez in leg. 28. tit. 4. lib. 3. Ordinament. verb. Segun el estilo, column. 421. Andr. Exea in Rubric. de Constitut. num. 181.

(c) Ut probat Aymon Sabalia consil. 201. num. 21.

(d) In leg. 3. ff. de Testib. Bartul. in Authentic. Qui se met, n. 14. in fin. Cod. Quom. & quand. Jud.

(e) l. Metaphyl. cap. Item 1.

(f) Ut per Bellovis. in sua Prædic. Rubric. de Fugareorum, num. 39.

(g) Ut asserit Jasson in Authent. Fubemus, num. 3. Cod. de Judic. Sequitur Sylva Nuptial. ubi supra. Optime Guido quest. 292. num. 2.

(h) Ex leg. fin. ff. de Falsis.

(i) §. Principium, num. 3.

(j) Num. 4.

(k) In Proœmio Instituit. in fin.

Advocati Sæculares in suo foro utuntur compono: in secundo stylum, & modum procedendi in Tribunalibus Ecclesiasticis conscribo: in tertio praxim, & exercitium actionum, & aliorum remedium, quæ in jure diversis in locis dispersa sunt, edocoo. Qui quidem tomi sub se plures rubricellas, capita, & paragraphos

continebunt, ut ex eorum fractione quidquid unicuique studentium utile sit, facilius memoria mandetur, & tenacius inhaereat. Ante omnia tamen quasdam Annotationes universo operi deservientes prætito, quæ incipiunt.

P R A X I S E C C L E S I A S T I C A E, ET SÆCULARIS ANNOTATIONES.

EX I. ANNOTATIONE.

SUMMARI A.

1. **J**udicium plures significaciones habet.
2. **J**udicium significat discussionem cause, vel processum judiciale.
3. **J**udicium figurate, & per translationem plures acceptiones habet, non verò secundum propriissimam ejus significacionem.
4. **J**udicium propriè, & originaliter significat dictionem juris, id est, actum Judicis.
5. **J**udicium magis propriè significat existimationem, opinionem, seu actum quo aliquid determinatur à quocunque.
6. **J**udicium pro processu sumptum communiter à Doctores definitur.
7. **D**efinitio judicii, à Curtio tradita impugnatur.
8. **I**nquisitio generalis non est judicium, sed preparatoria.
9. **D**eçreta Judicis super prædiis minorum, vel Ecclesiarum distrabendis non sunt actus judicii.
10. **D**efinitio communis judicii defenditur à Navarro quibusdam expositionibus additis, quas Auctor refutat.
11. **A**lia definitio judicii traditur ab Auctore.
12. **I**nquisitio contra certam personam facta judicium est.
13. **J**udicium dividitur in Ordinarium, & Extraordinarium.
14. **O**rdinarium judicium quale sit docetur.
15. **E**xtraordinarium judicium quid sit, explicatur.
16. **A**lia definitio Ordinaris, & Extraordinarii judicii traditur à Navarro.
17. **I**nquisitionem remedium extraordinarium esse, defenditur cum communi, contra Innocentium, & alios.
18. **I**nquisitio de omni crimine permissa est, ab utroque jure, præcedenti infamia, vel sufficienti presumptione.

19. **J**udicium dividitur in Civile, Criminale, & Mixtum.
20. **J**udicium Civile quid sit, traditur, veluti, quando aliquid petitur absque origine criminis.
21. **J**udicium Civile, dicitur etiam, quando pena pecuniaria applicatur parti, licet ex delicto descendat.
22. **I**n intellectus verus assignatur ad cap. Per tuas 1. de Simonia.
23. **J**udicium criminale est, quando de crimine agitur principaliter ad utilitatem publicam.
24. **J**udicium criminale etiam dicitur, tam de Jure Communi, quam Regio, quando pena pecuniaria applicatur Fisco.
25. **J**udicium Criminale non est, quando pena pecuniaria applicatur Fisco ex contractu partium.
26. **J**udicium Mixtum dicitur, quando nec merè civiliter, nec merè criminaliter agitur.
27. **M**ixtum judicium est quando pena pecuniaria applicatur Fisco simul & parti.
28. **I**n intellectus verus legis Cajus, ff. Ad S. C. Sillan.
29. **C**rimen licet merè delinquentis extingatur quoad alias penas, non tamen quoad penam pecuniariam.
30. **J**udicium aliud est Ordinarium, & aliud Summarium.
31. **S**ummarium judicium est, in quo proceditur simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, & etiam aliis modis dicitur remissive.
32. **J**udicium aliud est Ecclesiasticum, & aliud Sæculare.
33. **J**udicis alias plures divisiones esse traditur remissive.
34. **J**udicia omnia originem trahunt à Jure Divino, modum, & formam à Jure Positivo.
35. **J**udicium à qua parte litis incipiat, traditur.
36. **J**udicium incipere à litis contestatione dicitur, secundum communem Doctorum.

37 *Litis contestatio est fundamentum, & lapis angularis totius iudicii.*

38 *Judicium à citatione incipere dicitur, secundum quorundam opinionem.*

39 *Judicium propriè dicitur incipere à liti contestatione: improprie verò à citatione inchoari dicitur, secundum veriore opinionem.*

40 *Jurisdictio perpetuatur per solam citationem, tam de Jure Communi, quàm de Jure Regio, quidquid contrarium teneat Didacus Perez.*

PRIMA ANNOTATIO.

DE JUDICIO.

TRactaturus de Praxi, & modo circa causas in Judicio expediendas, non ab re erit, aliqua de ipso Judicio prænotare: hæc enim vox Judicium, plures acceptiones habet, quas congerit Glossa. (a) 2. In nostro tamen proposito Judicium significat *discussionem causæ*, vel processum judicialem. (b) 3. Benè verum est, nullam ex prædictis significationibus, à Glossa (c) congestis, habere, secundum suam propriissimam, & originariam significationem; sed figuratè per translationem, ut optimè advertit Navarrus. (d) 4. Propriè enim, & originaliter significat *ditionem juris*, id est, actum Judicis, quatenus est Judex, & jus inter litigantes dicit, seu decernit. (e) 5. Quò fit *Judicium* magis propriè significare *omnem existimationem, opinionem, seu actum, quo aliquid determinatur à quocunque, etiam non Judice.* (f)

6. At verò Judicium pro discussione, vel processu sumptum variè à Doctoribus defini-

tur: crebrior tamen definitio est, quod est *actus trium personarum, Judicis, Actoris, & Rei, in Judicio contententium.* (g) Quam tamen definitionem improbant Cagnolus, (h) Curtius, (i) Jacobus, (j) Alciatus, (k) & Maranta. (l)

Unde Curtius (m) aliter definit; scilicet, quod Judicium est actus à Judice factus ad finem condemnandi, absolvendi, vel exequendi. 7. Quæ tamen definitio mihi displicet, cum conveniat inquisitioni generali, quæ fieri potest adversus incertas personas, (n) ut ex illa generali inquisitione condemnatio sequi valeat, testibus postmodum reproducis in Judicio plenario, parte audita: 8. quæ quidem inquisitio generalis non est Judicium, sed potius preparatoria appellatur. (o) Rursus prædicta definitio Curtii corrumpit ex eo, quod convenit decretis Judicium super prædiis minorum, vel Ecclesiarum distrahendis, ad exequendas sententias adversus eos latis: 9. quæ decreta actus Judicii non sunt. (p)

10. Quamobrem Navarrus (q) contendit defendere communem definitionem, quasdam expositiones adjiciendo, nempe quòd *Judicium est actus trium personarum Judicis, Actoris, & Rei in discutiendo contententium, vel contendere parantium*: quas expositiones ibi eleganter explicat, asserens verbum, *actus*, stare indiffinitè collectivè, (r) & ita universaliter comprehendit actus Judicis, Actoris, & Rei: nam unicus actus tantum non constituit Judicium. (s) Rursus intelligit verbum, *trium*, deberi exponi, id est, trium generum personarum; scilicet, Judicis, Actoris, & Rei, quam expositionem prius assignarunt Glossa, (t) Ripa, (u) & Mantua, (x) non enim congruit, quòd singula generum intelligantur, sed

& Ripa, num. 24. & Mantua in Rubric. Exera de Judic. Et tanquam communem defendit Didac. Perez ubi supra.

- (a) In §. Præterea, Institut. Quib. non est permiss. fac. testament. Quam commendat Joann. Monach. in Rubric. de Judicis, lib. 6. Jasson in Rubric. Cod. de Judicis. Decius in Rubric. Extra de Judicis, lectur. 1. num. 5. Et eadem significationes recenset gloss. in Rubric. de Judic. in Extravagant. commun. quas explicat Robert. Marant. de Ordin. Judicior. 1. part. à n. 1. Afinius in Praxi Judic. in princip. Menoch. lib. 1. de Arbitrar. quæst. 8. num. 14. Didac. Perez in Rubric. titul. 1. lib. 3. Ordinament. Navarr. in Rubric. de Judic. num. 14.
- (b) Ut in cap. Forus, Extra de Verbor. significat. Et tradunt Dec. Navarr. & reliqui, ubi supra.
- (c) In dict. §. Præterea.
- (d) Ubi supra, num. 39.
- (e) Ut deducitur ex dict. cap. Forus, & docet Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 60. artic. 1.
- (f) Secundum Navarr. in dict. Rubric. num. 39. Quæ significationem agnovit Ambros. Calepin. in suo Dictionario, verbo *Judicium*.
- (g) Secundum Gosfred. in Summ. tit. de Judic. Hostiens. in Summ. eodem tit. §. 1. Cardinal. Panorm. Dec.
- (h) & Ripa, num. 24. & Mantua in Rubric. Exera de Judic. Et tanquam communem defendit Didac. Perez ubi supra.
- (i) In leg. Omnis definitio, num. 37. de Regul. jur.
- (j) In Rubric. ff. de Judic. num. 7.
- (k) In Rubric. Cod. eodem tit. num. 1.
- (l) Lib. 6. Parerg. cap. 9.
- (m) De Ordine Judicior. 2. part. à num. 2.
- (n) Ubi supra in dict. Rubric. ff. de Judic.
- (o) Secundum Innocentium in cap. Bone, de Election. numer. 3. communiter receptum.
- (p) Secundum Bartul. & Doctor. in leg. ultim. ff. de Questionib. Et Alexand. in consil. 183. lib. 2.
- (q) Secundum Dec. in Rubric. Extra de Judic. lectur. 1. num. 4. & lectur. 2. num. 3.
- (r) Ubi supra, num. 15.
- (s) Ut explicat Bartul. in leg. Si pluribus, ff. de Legat. 2.
- (t) Juxta text. in cap. Quoniam contra, de Probation.
- (u) 2. in cap. 1. 4. quæst. 4.
- (x) Num. 42.
- (y) Num. 14. in dict. Rubric. de Judic.

sed genera singulorum, cum benè possint esse plures liti consortes, nempe, plures Actores, vel plures Rei, (y) & etiam plures Judices Delegati in eadem causa. (z) Insuper intelligit verbum, *personarum*, comprehendere veras, & fictas personas: nam in Judicio inquisitionis, quod ex Judicis officio fit, fama, vel notorietas, accusatoris loco habetur. (a) Præterea intelligit verbum, *in discutiendo*, positum fuisse loco verbi, *in Judicio*, positi in definitione communi, ut evitaretur illud inconveniens, quod idem per idem definiebatur: denique intelligit verbum, *contendere parantium*, additum fuisse, ut comprehenderetur principium Judicii, quod est citatio. (b)

Sed prædicta definitio Navarrus convincitur ex verbo, *contententium*, in ea posito, quòd verbum ad Actorem, & Reum tantum referri oportet, non vero ad Judicem, qui non contendit, sed æquis, & benignis auribus Actorem, & Reum audit, (c) & tamen cum sit una determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter debet determinari juxta regulam text. (d) ac ideò cum verbum *contententium*, respiciat Judicem, Actorem, & Reum, ad omnes tres personas referri debet, ex prædicta regula, ex qua etiam corrumpit interpretatio Decii, (e) & alia Mantua: (f) confunditur etiam definitio Navarrus ex eo, quòd verba illa, *contendere parantium*, superfluo fuerunt addita, cum citatio comprehendatur sub illo verbo, *actus*. Quo circa Cujatius, (g) aliter definit, nempe, quòd *Judicium est discussio causæ, qua fit ex parte Actoris, & Rei, apud Judicem liti finiendæ gratia.* 11. Vel tu aptius definire poteris; scilicet, quòd *Judicium est discussio causæ, qua coram Judice fit, juris ordine servato, cum legitimo contradicatore.* Et quòd sit discussio causæ coram Judice, probatur in dict. cap. Forus. Quòdque fieri debeat juris ordine servato, patet, alioquin

esset quid Extraordinarium: (h) Debet etiam fieri cum legitimo contradicatore, quia de natura judicii est, ut legitimus adsit contradicitor: (i) is enim cujus non interest, audiri non solet, (j) hinc est, processum cum falso procuratore gestum, nullum esse. (k)

12. Ex qua definitione consequitur, inquisitionem contra certam personam factam, judicium esse, cum capitula inquisitionis inquisito sint exhibenda, & fama loco accusatoris habeatur; (l) at verò inquisitio generalis judicium non est, sed potius quædam preparatio, ut supra diximus. (m)

13. Quòd judicium sic definitum, multis modis dividitur: primò enim in *Ordinarium, & Extraordinarium.* (n) 14. Ordinarium enim est, *quoties concurrunt tres illæ personæ scilicet, Judex, Actor, & Reus; (o) vel quoties per viam accusationis, aut petitionis intentatur; (p) vel quoties proceditur juris ordine servato*, præcedentibus citatione, libelli oblatione, liti contestatione, publicatione, conclusionem, & aliis solemnitatibus, ut eleganter resolvit Damhouderius (q) 15. Extraordinarium verò dicitur, *quoties non servato juris ordine proceditur*, & aliis modis, ut resolvit Maranta. (r)

Navarrus verò (s) existimat, difficile esse membra hujus divisionis judicii definire, ita ut aliquid scrupuli non remaneat. 16. Arbitraturque Judicium Ordinarium sic posse defini; scilicet, quòd *est judicium, in quo proceditur mediante actione, vel accusatione vera: loco enim generis ponitur judicium, & pro differentiis reliqua verba ponuntur, nempe, cum actione, ad comprehendenda omnia judicia Civilia Ordinaria. Cum accusatione, dicitur, ad comprehendenda ordinaria criminalia: nam actio, & accusatio ita differunt. (t) Judicium autem Extraordinarium opinatur sic definiendum esse, nempe, quòd *est judicium, in quo sine actione, vel accusatione**

- (y) Ut in leg. 1. Cod. de Consort. ejusd. liti, & notat gloss. 1. in cap. Cum M. de Constitution.
- (z) Ut in cap. Pastoralis, de Rescript.
- (a) Ut in cap. Super bis, cap. Inquisitionis, de Accusat.
- (b) Ut §. fin. Institut. de Pen. temerè litig.
- (c) Ut in cap. Forus, de Verbor. significat.
- (d) In leg. Fam hoc jure, ff. de Vulgari.
- (e) In dict. Rubric. de Judic. lectur. 2. num. 3.
- (f) In dict. Rubric. num. 14. in fin.
- (g) In Paratil. Cod. lib. 3. tit. 1.
- (h) Argumento text. in leg. Prolatam, Cod. de Sentent. & interlocut. & in leg. 1. Cod. de Execut. rei judic. Juncta leg. Si cum nulla, ff. de Re judic.
- (i) Juxta text. in leg. Inter stipulantem, §. Stichum, ff. de Verbor. sig.
- (j) Juxta text. in cap. Non solent 2. quæst. 6.

- (k) Ut in leg. Licet, Cod. de Procurator.
- (l) Juxta text. in cap. Qualiter, & quando II. Extra de Accusation.
- (m) Et firmant Decian. & Beroius num. 35. in Rubric. Extra de Judic. & Didac. Perez ubi supra.
- (n) Juxta text. in cap. Quoniam contra, Extra de Probation.
- (o) Ut in cap. Forus, de Verbor. sig. Tradit Joann. Igneus in repetitione leg. 1. Cod. Qui admitti.
- (p) Ut in leg. Nihil aliud, ff. de Action. & obligat.
- (q) In Praxi Rerum Civilium, cap. 12.
- (r) De Ordin. Judic. 4. part. 10. distinct.
- (s) In Rubric. Extra de Judic. n. 17.
- (t) Juxta gloss. Receptam, in princip. Instit. de Action. & in Rubric. ff. & Cod. de Action. juncta Rubric. ff. & Cod. de Accusation.

ne vera proceditur. Posuit enim Judicium, pro genere; reliqua verba pro differentia: nam Extraordinarium dicitur illud, quod contra juris regulas fit. (u) Dicitur etiam Extraordinarium quod Judicis officio expeditur. (x)

17. Ex quibus infero, judicium inquisitionis esse Extraordinarium, & per consequens cessare, adveniente remedio Ordinario accusationis, neque habere locum, ubi lex, vel statutum præceperit procedendum esse secundum remedia ordinaria: nam inquisitio Judicis officio fit. (y) Deinde repugnat juris regulis, quia in ea proceditur absque accusatore vero, contra regulam juris. (z) Rursus repugnat regulæ juris, quæ habet, quod ante litem contestatam ad receptionem testium non procedatur, (a) & tamen in ea recipiuntur testes lite non contestata. (b) Deinde poena extraordinaria judicis arbitrio imponitur inquisito, non autem poena ordinaria à lege pro illo crimine inducta est. (c) Et per prædicta fundamenta hoc corollarium tenuerunt Glossa, (d) Decius, (e) & Navarrus, (f) Aretinus, (g) & Maranta. (h) Quidquid oppositum velint Innocentius, (i) Archidiaconus, (j) Speculator, (k) & Alciatus. (l) Quibus non suffragatur text. in cap. Qualiter. & quando l. & ll. Extra de Accusation. ubi præscribitur ordo servandus in inquisitione faciendi: ergo videtur, quod inquisitio Judicium Ordinarium sit, cum à jure præscribitur ordo in ea procedendi. Nam respondeo,

quod non sequitur inde Judicium Ordinarium esse, quia statuitur ordo à jure procedendi: nam etiam omnia remedia extraordinaria habent suum ordinem à jure statutum, ut est in restitutione minorum, (m) igitur non sequitur, jus statuit ordinem, ergo concedit Ordinarium remedium. (n) 18. Non etiam favet Innocentio, & sequacibus, quod de Jure Canonico, & Civili, præcedenti infamia, vel sufficienti præsumptione, de omni crimine permilla est inquisitio. (o) Nam respondeo quod licet inquisitio ab utroque jure permilla sit, non tamen inde sequitur esse Judicium Ordinarium: ita respondet Ripa. (p)

19. Secundo Judicium dividitur in Civile, Criminale, & Mixtum. 20. Civile est, quando aliquid petitur absque origine criminis, veluti ex causa emptiois, venditionis, locationis, vel ex similibus. (q) 21. Et tandem civile dicitur, quando principaliter agitur ad utilitatem privatam, licet ex delicto descendat, ut puta quoties poena pecuniaria veniet applicanda parti, secundum Glossam. (r) Cui tamen resolutioni obstat videtur text. in cap. Per tuas 1. Extra de Simon. ibi: Sed civiliter, ut ab administratione amoveretur, quibus verbis constat iudicium civile esse, quamvis poena delicti non veniet applicanda parti. Nec satisfaciunt interpretatio Panormitani, (s) nec alia Aretini, (t) quas optime improbant Decius, (u) & Berouius (x) ubi text. illum aliter

(u) Ut in leg. in causa II. in princip. ff. de Minorib.
(x) Ut in l. 2. ff. de Variis, & extraordinar. cognition. & in l. Pecunie verbum, §. Persecutionis, ff. de Verbor. signifi-
cat. leg. cum filius, ff. Si certum petatur.
(y) Ut in dict. cap. Qualiter II.
(z) In leg. Rescripto, §. Si quis, ff. de Moneribus, & honorib. in cap. 1. in princip. Ut Eccles. benef.
(a) Ut in tit. Ut lite non contestat.
(b) Ut probatur in cap. Quoniam, §. Sunt, & alii, Extra de lite non contestat. & notat gloss. 1. in cap. 1. de Offic. ordinario.
(c) Juxta text. in cap. Inquisitionis, in princip. Et ibi Doctores Extra de Accusation.
(d) In cap. Quoniam, verb. Extraordinario, Extra de Probation. gloss. in cap. Multi, verb. Extraordinario 2. quæst. 1.
(e) In Rubric. Extra de Judic. 1. lectur. num. 7. & in 2. lectur. num. 5. ibi Ripa, num. 54.
(f) Num. 18.
(g) In cap. Qualiter II. num. 11. Extra de Accusation.
(h) De Ordin. judicior. 4. part. distinct. 10. num. 5. & communitur omnes, secundum plures, quos refert, & sequitur Julius Clarus lib. 5. Receptarum sentent. §. fin. quæst. 3. num. 3.
(i) In cap. Dilecto, Extra de Sentent. excommunic.
(j) In cap. Si quis 86. distinct.
(k) In tit. de Inquisitione, §. Viso igitur, num. 11.
(l) In cap. 1. num. 15. Extra de Offic. Ordin. Assrens, hanc opinionem sibi vtiorem videtur contra communitem.

(m) Juxta text. in leg. in causa II. ff. de Minorib.
(n) Secundo Decium in dict. Rubric. in 1. lectur. n. 7. in fin.
(o) Juxta text. in leg. 1. Cod. de custod. rer. & in leg. Falsissimos, Cod. de Officio Rell. Provinc. Et juxta ea, que tradunt Aretin. num. 67. Socin. num. 397. in dict. cap. Qualiter, & quando II. Et Alciat. ubi supra, num. 12. Anton. Gom. 2. tom. Variar. cap. 1. num. 49. versic. 9. Petrus Foller. in Practica Criminali. 1. part. 3. partis, num. 9. Boisius in Practica Criminali. tit. de Inquisitione, n. 8. Et Navarr. in cap. Inter verba 11. quæst. 3. corol. 62.
(p) In dict. Rubric. num. 57. versic. Ex alio tamen.
(q) Ut probat text. in leg. Propendum in princ. Cod. de Judic. & in cap. Ceterum, cap. fin. Extra de Judic. & in leg. 9. tit. 4. part. 3. Tradit Speculat. tit. de Contumacia, §. Sequitur videre. Et Bald. in Rubric. Cod. de Judic. column. 1.
(r) In leg. 3. verbo Aureorum, ff. de Sepulch. viol. Receptam communitur ex Jasson. in Rubric. Cod. de Judic. Dec. in Rubric. Extra eodem num. 9. per text. in leg. unica, Cod. Quand. civil. actio, juncta leg. fin. ff. de Furtis, & cap. Tuo, de Procurat. Ita colligitur ex Ripa, Dec. Navarr. n. 31. & ex aliis in dict. Rubr. Extra de Judic.
(s) In Rubric. Extra de Judic. in fin. & ibi Navarr. num. 32.
(t) Ibid. num. 22.
(u) Lectur. 1. in fin.
(x) Num. 37. in dict. Rubric. Extrav. de Judic.

ter interpretantur; scilicet, procedere quando per viam denuntiationis agitur, quo casu, cum de sola correctione agatur, (z) iudicium semper civile dicitur. Quæ tamen interpretatio confunditur ex verbis precedentibus ejusdem text. ibi: Cum ageretur non criminaliter, ut deponeretur ab ordine, quibus manifeste apparet, per viam denuntiationis criminaliter posse procedi ad despositionem ordinis; cum prædicta poena potuerit necessaria esse ad correctionem. 22. Unde verius dicendum erit cum Ripa; (a) scilicet, in illo text. Judicium Civile fuisse: nam Monasterium agebat ad suum interesse, ut evitaretur damnus, quod sibi imminabat ex mala administratione damnosi Prælati: ideoque poena remotiois ab administratione applicatur parti, cum suum interesse in hoc consistat, ob idque iudicium civile ibi dicitur, quia agebatur principaliter ad utilitatem privaram, non vero ad vindictam delicti, qui tamen interpretatio obstat, quod licet ibi ad privatam utilitatem Monasterii ageretur, nihilominus tamen censetur utilitas publica, cum jus publicum in sacris, & Sacerdotibus versetur, (b) nisi dicamus, quod licet sit utilitas publica, tamen quia de crimine non agebatur principaliter ad vindictam delicti, cauta civilis dicitur, at in simili dicitur, quando Ficus ageret ex aliquo contractu, vel ex aliqua actione civili ad aliquam poenam applicandam Fisco, (c) nam tunc Judicium dicitur civile, etsi concernat utilitatem publicam. (d) 23. Criminale autem Judicium dicitur, quando principaliter agitur de crimine, principaliterque ad utilitatem publicam. (e) 24. Similiter criminale appellatur, quando poena pecuniaria veniet applicanda Fisco. (f) Idque verum esse, tam de Jure Communi, quam Regio

contra Avend. contendit Didacus Perez. (g) Quod tamen intellige verum, quando principaliter de crimine ageretur, & poena pecuniaria veniet applicanda Fisco: 25. alioquin si ageretur ad poenam, ex contractu partium, vel alia de causa applicandam Fisco, tunc iudicium criminale non esse. (h) 26. Mixtum verò iudicium est, quando nec merè civiliter, nec merè criminaliter agitur, sed inter civile, & criminale. (i) 27. Pari modo mixtum est, quando poena venit applicanda Fisco, simul & parti. (j) 28. Nec prædictis obstat text. in leg. Casus, ff. ad Sillan. quatenus causam, in qua poena applicatur Fisco, appellat pecuniariam: nam respondeo, quod aliud est dicere, causam pecuniariam morte delinquentis non extinguatur, ut ibi dicitur: aliud verò est dicere causam non esse criminalem. 29. Quamvis enim crimina morte extinguantur, quoad alias poenas; non tamen quoad poenam pecuniariam censetur extincta. (k) 30. Tertio Judicium distinguitur in Ordinarium, & Summarium. De Ordinario jam supra diximus: 31. Summarium autem dicitur, quando in eo proceditur summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, (l) diciturque aliis modis quos, congerit Maranta, (m) & nos inferius suo loco dicemus. 32. Quarto Judicium dividitur in Seculare, & in Ecclesiasticum: Seculare dicitur, quod coram Judice Sæculari fit: de quo erit agendum in primo Tomo hujus Operis. Ecclesiasticum verò est, quod coram Ecclesiastico Judice agitur: de quo agemus in secundo hujus Operis Tomo. Et de hac distinctione tractat Maranta. (n) 33. Et plures alias distinctiones judiciorum idem Maranta congerit, (o) quæ ad nostrum institutum non multum pertinent. Nunc

(z) Juxta text. in cap. Novit. de Judic.
(a) In Rubric. Extra de Judic. num. 94.
(b) Juxta text. in leg. 1. §. Hujus studii, ff. de Fustis, & jur. & in leg. Si quis in hoc genus, Cod. de Episcop. & cleric.
(c) Ut in specie, leg. 1. leg. Deferre, ff. de Jure Fisci.
(d) Secundum Ripam num. 93. & Navarr. num. 31. in dict. Rubric. de Judic. Et in effectu iste fuit intellectus Joannis Baptistæ de Caccialupis in Rubric. Cod. de Judic. Quem tanquam minus periculolum sequitur Mantua in dict. Rubric. Extra de Judic. num. 28.
(e) Ut probat text. in leg. Servos, Cod. Ad leg. Jul. de Vi, & in leg. Ubi, Cod. de Falsis, & in leg. 2. ff. de Public. Judic. & in leg. 9. tit. 4. part. 3.
(f) Ex gloss. in leg. 3. verbo Aureorum, ff. de Sepulchro violato, gloss. in §. Summa, verbo Extraordinaria, Institut. de Injur. gloss. 1. in leg. Aut damnus, ff. de Pœnis, Panormita. & communitur omnes ex Rip. in Rubric. Extra de Judic. n. 92. Marant. de Ordin. judicio, 4. part. d. c. 1. num. 2. Et Jul. Clarus lib. 5. Recept. sentent. §. fin. in Praxi Criminali, quæst. 1. Et Afia. in Praxi judicio, cap. 5. num. 14.

(g) In Rubric. tit. 1. lib. 3. Ordinar. col. 748.
(h) Ita dictam gloss. in leg. 3. de Sepulchro violato. Intel-
ligit Navarr. in Rubric. Extra de Judic. num. 31. Post
Barthol. in dict. leg. 3. num. 2. per text. in leg. 1. & leg.
Deferre, ff. de Jure Fisci. Et post Ripam in dict. Rubric.
Extra de Judic. num. 93.
(i) Juxta text. in cap. Tuo, de Procurator. De cujus intel-
lectu agunt Berouius in Rubric. Cod. de Judic. n. 99. in
Rubric. Extra de Judic.
(j) Ut in specie, l. Leg. Cornelia, §. fin. ff. Ad Sillan. Quam
notant Dec. & Navarr. num. 34. in Rubric. Extra de
Judic. Probatur etiam text. in leg. 2. tit. 10. lib. 8. Recopi.
Quem optime explicat Covarrub. lib. 1. Variar. cap. 11.
num. 2.
(k) Ut ex leg. Ex iudiciorum, ff. de Accusat. & gloss. in
leg. 1. Cod. Ne ex delictis defuncti colligatur.
(l) Ut in Clem. Sepè, de Verbor. sign.
(m) De Ordine judicior. 4. part. distinct. 9.
(n) De Ordine judicior. 4. part. distinct. 11.
(o) In dict. 4. part.

34. Nunc videndum erit, quoniam iure hoc iudicium inventum fuerit. Quia in re Glossa (p) firmat, omnia iudicia à Jure Civili inventa fuisse: quam notat Jasson. (g) & Asinius. (r) Cui tamen opinioni obstat illud Deuteronom. (f) cap. 17. & 25. ubi probari videtur, iudicia à Jure Divino inventa fuisse. Quod expressè firmat Angelus, (t) idque verius esse testatur Gomez. (u) Quas tamen opiniones contrarias componi posse existimo, si dixerimus, iudicia à Jure Divino suam originem trahere, à iure Civili formam, & praxim tradidisse.

35. Opportunè ultimo videndum erit, à quam parte Iudicium, prout hic sumitur incipiat: & Glossa (x) firmat, à liris contestatione iudicium incipere: nam iudicium à discussione causæ denominatur, ut probat text. in cap. *Forus*, de *Verbor. sign.* ibi: *Dum discutitur iudicium est*. 36. quæ discussio inter Actorem, & Reum à liris contestatione incipit: ergo principium iudicii liris contestatio est, & ideo, quæ ante litem contestatam sunt, ante iudicium fieri dicuntur. (y) 37. Quo fit veram esse doctrinam Baldi (z) asserentis, liris contestationem fundamentum esse, & lapidem angularem totius iudicii, quarum glossarum opinionem sequuntur Decius, & Alciatus, (a) Cui tamen communi resolutioni obstat text. in leg. *Ubi ceptum* junctâ, leg. *Si quis postea*, ff. de *Judic.* & text. in §. fin. Instit. de *Pæn. temer. lit.* & text. in cap. *Pæna*, de *Foro compet.*

38. ubi probatur Iudicium à citatione inchoari: ergo non à liris contestatione. Quæ difficultas augetur ex text. in princ. Instit. de *Actio.* Dum ibi dicitur, Iudicium consistere, ubi primum actio intenditur, & sic, ante quam reus respondeat: idque satis vult Bartolus, (b) & subscribit Alexander, (c) consentitque Maranta. (d) Cui difficultati non satisfacit Ripa, (e) dum prædicta jura intelligit de iudicio cepto, & inchoato: at verò prædictam

(p) In princ. Instit. de *Obligatio.*
 (q) In §. *Supress*, num. 41. Instit. de *Actio.*
 (r) In *Prax. iudicior.* cap. 2.
 (s) Et habetur in cap. *Per venerabilem*, vetic. *Rationibus*, Extra. *Qui filii sint legit.* & in cap. *Novis*, de *Judic.*
 (t) In princ. Instit. de *Exception.*
 (u) In dict. §. *Supress*, num. 34.
 (v) In leg. *Si is, qui Roma*, verbo *Judicium*, & gloss. 5. in leg. *Judicium*, ff. de *Judic.*
 (y) Juxta text. in leg. *Is qui se obstat*, ff. de *Rei vendit.* in leg. *Amplius non petis*, ff. *Rem ratam hab.* & in leg. 1. Cod. de *Litis contest.*
 (z) In cap. 1. Extra de *Litis contestat.* oppositione 1.
 (a) In Rubric. Cod. de *Is jus voc.* Et communit omnes ex Curtio in Rubric. ff. de *Judic.* num. 12.
 (b) In leg. 2. ff. de *Furis.*

communem resolutionem intelligit, de Iudicio integro, & formato, & sic quod iudicium ceptum dicatur à citatione, iudicium integrum, & formatum à contestatione. Corruit enim hæc interpretatio ex text. in cap. *Gratum*, de *Offic. Delegat.* ibi: *Citatione factâ, negotium sit quasi ceptum*: ergo iudicium ceptum non dicitur propriè ab ipsa citatione. Quamobrem dicendum erit, 39. Iudicium propriè dici à liris contestatione: & in hunc sensum est accipienda prædicta communis resolutio; impropriè verò Iudicium dici à citatione: quomodo sunt intelligenda supradicta jura in contrarium adducta, & Glossa. (f) Ac ideo in dict. cap. *Gratum* iudicium dicitur quasi ceptum à citatione: 40. quod sufficit ad perpetuandam jurisdictionem Iudicis Delegati, ut probat textus ille, (g) & communis Legistarum, & Canonistarum, secundum Alexandrum, (h) Panormitanum, & Decium, (i) & Didacum Perez, (j) ubi subdit, de iure hujus Regni jurisdictionem perpetuari per solam liris contestationem, non tamen per citationem, per text. in leg. 19. & 21. tit. 4. Part. 3. Sed quid ipse vir alioquin doctus dicat, contra-rium verius esse existimo, imò per solam citationem, etiam de *iure hujus Regni*, jurisdictionem Delegati perpetuari, ut expressè probat text. in leg. 35. tit. 18. Part. 3. Cui non obstat text. in dict. leg. 19. & 21. nam illa jura cum prædicta leg. 35. sunt componenda, & intelligenda, sicuti intelligitur text. in dict. cap. *Gratum*, cum text. in dict. cap. *Relatum*.

EX II. ANNOTATIONE.

SUMMARI A.

Iudicium, causa, lis, controversia, & instantia inter se differunt, etsi aliquando confundantur.

Cau-

(c) In Rubric. ff. de *In jus voc.*
 (d) De Ordin. iudic. 6. part. in princ. num. 2.
 (e) In Rubric. Extra de *Judic.* num. 47. & 48.
 (f) In Rubric. Cod. de *Edend.* & gloss. in Clement. 1. de *Judic.* verbo *Citationis*, & gloss. in cap. *Dudum* II. verbo *Responsionem*, de *Electio.* Quam interpretationem assignat Paul. in leg. 1. num. 4. Cod. de *Judic.* Et communit omnes ex Curtio in Rubric. ff. de *Judic.* num. 11. Dec. in Rubric. Extra eod. lectur. 2. num. 1. Et Didac. Perez in Rubric. tit. 1. lib. 2. Ordinarum. quæst. 7.
 (g) Et text. in cap. 51. à *Subdelegat. de Offic. Delegat.* lib. 6. Et tradit Bartol. in leg. *Mors*, ff. de *Jurisdiction. omnium Iudicium.*
 (h) Num. 30. Dec. n. 46. & Jasson. num. 35. in dict. leg. *Mors*.
 (i) Num. 2. in cap. *Relatum*, de *Offic. Delegat.*
 (j) Ubi supra.

2. *Causa multis modis sumitur, ut remissivè traditur.*

3. *Causa sumitur pro ipso iure deducto in iudicio, & dicitur ante, & post litem contestatam.*

4. *Lis propriè est causa ipsa deducta in iudicium ante litem contestatam, impropriè sumitur pro Instantia.*

5. *Controversia dicitur, tam in iudicio, quam extra iudicium, & etiam ante litem non contestatam.*

6. *Instantia quid sit, rejectis aliis definitionibus, traditur.*

7. *Instantia quadruplex reperitur in iure.*

8. *Princeps ex plenitudine potestatis potest concedere alicui, ut possit tertio appellare.*

9. *Prima Instantia de Jure Civili, & Regio in causis civilibus triennio terminatur, in criminalibus biennio.*

10. *De consuetudine in Regno non observatur, ut Instantia spiret biennio, vel triennio: tutius tamen erit intra dicta tempora concludere in negotio, fatalia protestando.*

11. *De Jure Canonico prima Instantia nullo tempore perit.*

12. *Jure novissimo Concilii Tridentini prima Instantia in Foro Canonico biennio erit terminanda.*

13. *Secunda Instantia appellationis omni iure uno anno terminari debet, & ex justa causa conceditur biennium.*

14. *Biennium ex justa causa ad proseguendam appellationem ipso iure conceditur.*

15. *Triennium, & longius tempus ad proseguendam appellationem, ex justa causa per viam restitutionis conceditur.*

16. *De Jure Regio Instantia appellationis uno anno est terminanda, tamen hoc in desuetudinem abiit, & nullo tempore perit.*

17. *Biennium, & triennium, & aliud tempus dantur de Stylo Curia Romana, absque aliquo impedimento, dummodo intra annum appellationis aliquis actus fiat in Curia Romana.*

18. *In Consilio Supremo Regis Philipp. II. biennium, triennium, & longius tempus con-*

ceditur ad proseguendam appellationem, nullo dato impedimento.

19. *Instantia appellationis causarum Civilium, non excedentium quantitatem decem millium marapetinarum, terminari debet per Decuriones Civitatum, intra quadraginta quinque dies.*

20. *Sententia lata à Decurionibus Civitatum elapsis quadraginta quinque diebus est nulla.*

20. *Instantia perempta transcurso tempore, an jus partis percat remissivè traditur.*

SECUNDA ANNOTATIO.

DE INSTANTIA.

I. In iure nostro reperuntur hujusmodi termini, Iudicium, Causa, Lis, Controversia, & Instantia: qui licet inter se differant, aliquando tamen confunduntur, & unus pro alio accipitur: de Iudicio enim jam in præcedenti Annotatione diximus.

2. Causa verò multifariam accipitur, ut notat Asinius: (a) 3. in nostra tamen specie sumitur pro ipso iure deducto in iudicium, (b) & ita causa dicitur ante, & post litem contestatam, (c) & comprehendit tam Civilem, quam Criminalem causam. (d)

4. Lis autem propriè dicitur causa ipsa deducta in iudicium ante liris contestationem, (e) impropriè verò sumitur pro Instantia, (f) verificaturque etiam in contentione extrajudiciali. (g)

5. Controversia fit in iudicio, & extra iudicium, tam agendo, quam excipiendo, diciturque etiam ante litem contestatam. (h)

6. Instantia autem nihil aliud est, quam exercitatio actionis, à liris contestatione usque ad sententiam diffinitivam certo tempore coarctata. (i) 7. Quæ Instantia de Jure reperitur quadruplex. Prima, quæ instituitur coram Iudicibus Ordinariis: Secunda, & Tertia, quæ fit coram Iudicibus appellationum: nam in eadem causa semel, & iterum licet univocè appellare. (j) Quarta est Supplicationis, quando,

(a) In *Praxi iudicior.* cap. 1.
 (b) Ut probat text. in leg. *Properandum* in princ. Cod. de *Judic.* & in dict. cap. *Forus*, de *Verbor. sign.*
 (c) Secundum Bart. in leg. *Causas*, Cod. de *Transactio.* Quem sequuntur ibi Riminal. & Jasson. num. 11. Marant. de Ordin. Iudic. 5. part. n. 66. Et Afia. ubi supra, num. 11. contra gloss. in dict. leg. *Causas*.
 (d) Secundum Cardinalem in Clement. 1. quæst. 18. de *Offic. Vicarii* per text. in cap. 1. §. *Nos itaque*, de *Furament. calumni.*
 (e) Juxta text. in leg. *Litis nomen*, ff. de *Verbor. signific.*
 (f) Juxta text. in leg. *Properandum* in princ. Cod. de *Judic.* Et resolvit Alciat. in dict. leg. *Litis nomen*. Receptus ab Afia. ubi supra, num. 11.
 (g) Secundum Panorm. & Dec. num. 7. in cap. *Sept.* de *Appellat.*
 (h) Secundum Bald. & communiter omnes in dict. leg. *Causas*. Resolvit Marant. ubi supra, 5. part. num. 68.
 (i) Secundum Alciat. in leg. *Si diversa*, num. 16. Cod. de *Transactio.* Quem sequitur Afia. in sua *Praxi*, cap. 3. num. 7. Et Didac. Perez in Rubric. tit. 1. lib. 3. Ordinarum. vetic. *Doctur. ulterius*. Rejecta diffinitione Marante de Ordin. Iudicior. 5. part. n. 1. Omniaque alia diffinitione Curtii in leg. *Postquam liti*, Cod. de *Pañis*.
 (j) Ut in leg. unic. Cod. *Ne liceat tertio provocare*. Et leg. 25. tit. 23. part. 3. leg. 5. tit. 17. lib. 4. Recop. Et Innocent. in cap. *Directæ*, & in cap. *Sua nobis*, de *Appellat.*

(a) In *Praxi iudicior.* cap. 1.
 (b) Ut probat text. in leg. *Properandum* in princ. Cod. de *Judic.* & in dict. cap. *Forus*, de *Verbor. sign.*
 (c) Secundum Bart. in leg. *Causas*, Cod. de *Transactio.* Quem sequuntur ibi Riminal. & Jasson. num. 11. Marant. de Ordin. Iudic. 5. part. n. 66. Et Afia. ubi supra, num. 11. contra gloss. in dict. leg. *Causas*.
 (d) Secundum Cardinalem in Clement. 1. quæst. 18. de *Offic. Vicarii* per text. in cap. 1. §. *Nos itaque*, de *Furament. calumni.*
 (e) Juxta text. in leg. *Litis nomen*, ff. de *Verbor. signific.*
 (f) Juxta text. in leg. *Properandum* in princ. Cod. de *Judic.* Et resolvit Alciat. in dict. leg. *Litis nomen*. Receptus ab Afia. ubi supra, num. 11.
 (g) Secundum Panorm. & Dec. num. 7. in cap. *Sept.* de *Appellat.*
 (h) Secundum Bald. & communiter omnes in dict. leg. *Causas*. Resolvit Marant. ubi supra, 5. part. num. 68.
 (i) Secundum Alciat. in leg. *Si diversa*, num. 16. Cod. de *Transactio.* Quem sequitur Afia. in sua *Praxi*, cap. 3. num. 7. Et Didac. Perez in Rubric. tit. 1. lib. 3. Ordinarum. vetic. *Doctur. ulterius*. Rejecta diffinitione Marante de Ordin. Iudicior. 5. part. n. 1. Omniaque alia diffinitione Curtii in leg. *Postquam liti*, Cod. de *Pañis*.
 (j) Ut in leg. unic. Cod. *Ne liceat tertio provocare*. Et leg. 25. tit. 23. part. 3. leg. 5. tit. 17. lib. 4. Recop. Et Innocent. in cap. *Directæ*, & in cap. *Sua nobis*, de *Appellat.*

do, scilicet, primas duas sententias confirmatorias Judex infirmasset, nam tunc ab ejus sententia tertio supplicari poterit, (k) alioquin enim non liceret tertio appellare, ut probant prædicta jura: annotat Speculator, (l) & Panormitanus, (m) Baldus, & Imola. (n) 8. Ubi dicunt, Principem ex plenitudine potestatis posse alicui concedere facultatem tertio appellandi. (o) De jure autem Regio reperitur, & alia Instantia, quæ supplicationis dicitur, ut puta: quando Regis Auditores sententias inferiorum, vel aliquam ex eis revocaverint: tunc enim à tali sententia revocatoria pars gravata supplicare poterit. Idemque observandum erit, quando lis primitus coepta fuerit coram Auditoribus Regiis, nam ab eorum sententia supplicari poterit. (p) Reperiturque eodem jure Regio alia Instantia, quæ Secunda supplicationis dicitur, cum poena mille quingentarum Duplarum. (q)

9. Opportunè erit videndum, quanto tempore Instantia durare, & finiri debeat. Quæ in re constituitur causa generalis, quòd prima Instantia in causis civilibus finiri, & terminari debet triennio. (r) In causis verò criminalibus biennio terminari debet. (s) 10. Cæterum Gregor. Lupus, (t) inquit, hoc jam in defectudinem hæc nostris Regnis abiisse, & instantiam minimè biennio, vel triennio spirare, sibi que id placere. Ego

verò existimo, tutius esse intra prædicta tempora in negotio concludere, protestando, requirendoque Judicem, ut sententiam debito tempore proferat.

11. Supradicta verò regula procedit de jure Civile, & Regio: tamen de jure Canonico, prima Instantia nullo tempore perit, sed est perpetua. (u)

12. Hodie verò jure novissimo statutum est in Concilio Trident. (x) omnes causas ad Forum Ecclesiasticum pertinentes, etiam beneficiale in prima Instantia coram Ordinariis locorum infra biennium à die motæ litis terminandas esse, alioquin unicuique ex litigantibus licere superiorem adire: quæ omnia supradicta de prima Instantia sunt intelligenda.

13. Cæterum Instantia appellationis uno anno terminari debet, tam de jure Canonico, & Civile, quam de jure Regio. (y) 14. Ex causa tamen impedimenti inevitabilis, biennium conceditur, ut supradicta jura probant, & tunc ipso jure absque aliqua restitutione conceditur, (z) imò ex justa causa triennium, & longius tempus datur. (a) 15. Quod tamen triennium, vel longius tempus non ipso jure indulgetur, ut perperam voluit Glossa, (b) sed per viam restitutionis, ex clausula generali: Si qua mihi alia justa causa, &c. (c) Quæ causa impedimenti ab appellante probari de-

bet.

(k) Ut in leg. Si quis, Cod. de Precib. Imper. offerend. & in leg. 1. ff. de Offic. Praefect. Prætor. & firmat. gloss. in dict. leg. unica, verbo. Retrahere, & in dict. leg. 25. tit. 23. part. 3.

(l) In tit. de Appellatione, §. Quoties.

(m) In dict. cap. Directe.

(n) In dict. cap. Sua nobis.

(o) Quòd expressè probat text. in leg. 4. tit. 24. part. 3. Et notat Gregor. Lupus in dict. leg. 25. in gloss. 1.

(p) Ut probatur in leg. 2. tit. 17. lib. 4. Recop. In quo tit. agitur de prima supplicatione, & plura de ea congruit Didac. Perez in leg. 8. tit. 4. lib. 2. Ordinar. Et Avenda. in Tractatu de Secunda supplicatione.

(q) De qua agitur in tit. 20. lib. 4. Recopil. Et apud Avenda. ubi supra, & nos infra suo loco dicemus.

(r) Juxta text. in leg. Propterandum, in princ. Cod. de Judic. Et ibi notant Doctores, & convenit leg. 27. tit. 4. part. 3. & leg. 9. tit. 6. part. 6.

(s) Juxta text. in dict. leg. Propterandum, & in leg. 3. Cod. Ut intra certum tempus Criminalis questio terminetur. Et convenit leg. 9. tit. 6. part. 6. & leg. 7. tit. 29. part. 7. not. Jass. in leg. 1. ff. Solut. matrimon. num. 20. Berius in cap. Venerabilis, Extra de Judic. Marant. de Ordin. Judic. 5. part. num. 5. Ubi prædictam regulam sex ampliationibus, & viginti limitationibus ornat: quam etiam regulam notat Paul. Paris. in consil. 138. col. 1. lib. 4.

(t) In leg. 9. tit. 6. part. 6. in gloss. verbo Tres años. Et in leg. 7. tit. 29. part. 7. verbo Dos años.

(u) Ut in cap. Venerabilis. Ubi Panorm. & alii, Extra de Judic. & in cap. fin. de Probation. & text. in cap. Cum

alim, de Privileg. Docet gloss. in cap. fin. de Dolo, & contum. & gloss. in cap. Anteriorum, §. Sed hoc 2. quæst. 6. & gloss. in dict. leg. Propterandum, verbo Triennium. Et hanc opinionem testatur communem Felin. in dict. cap. Venerabilis, Jasson. in dict. leg. Propterandum, num. 27. Alexand. consil. 23. lib. 3. num. 2. Et ad utramque partem eam disputat Melchior. Kurling. in dict. cap. Venerabilis concludens. Ab ea non esse recedendum, & defendit Afim. in Praxi, cap. 3. num. 22. Et hanc opinionem Praxi receptam esse testatur Covarr. in capital. Quamvis passim, §. 1. 2. part. num. 4. Et si ipse ibi contendat, discrimen non esse inter utrumque jus, imò Instantiam jure Pontificio per lapsum triennii perire, ad ejus opinionem citans Fulgos. & Jass. in dict. leg. Propterandum, in principio, col. fin. & Roman. in consil. 220.

(x) Sess. 24. de Reformation. cap. 20.

(y) Juxta text. in Authent. Ei qui 5. Cod. de Temporibus, & reparat. appell. & in cap. Cum sit Romana, de Appellat. & in leg. 11. tit. 18. lib. 4. Recop.

(z) Secundum gloss. in dict. Authent. Ei, qui verbo Indulgetur, & verbo Manet.

(a) Juxta text. in cap. Ex ratione, Extra de Appellat.

(b) Ibi.

(c) Ut in leg. 1. ff. Ex quib. caus. major. Et in specie firmat gloss. in dict. Authent. Ei, qui, verbo Manet. Recepta communiter ex Panorm. num. 3. & 9. Præpof. n. 33. Dec. num. 12. Et Perus. num. 45. in dict. cap. Ex ratione. Et Gregor. Lopez in leg. 24. tit. 3. part. 23. in gloss. fin. Et si Decius, & Perusinus ubi supra. Opinionem gloss. in dict. cap. Ex ratione tenent.

EX III. ANNOTATIONE.

SUMMARI A.

1. JUDEX, Actor, & Reus de substantia cujuscunque judicii sunt necessarii.
2. Testes de necessitate præcisæ judicii non sunt necessarii.
3. Judicium, & sententia absque testibus, & probationibus valet.
4. Intellectus verus ad text. in cap. 1. 4. quæst. 4. traditur.
5. Testes in judicio debent esse distinctæ persona à Judice, & ab accusatore, nec Judex, vel accusator supplet vicem testium.
6. Actoris officium quid sit, traditur.
7. Actor in omnibus causarum discussionibus prior habetur, & in jure præponitur.
8. Actor, quæ attendere debeat antequam actionem moveat, traditur firmat Maranta, (j) & Afinius cum aliis compluribus. (k)
9. Officium rei quid sit, explicatur, & quid sit Judicis officium.
10. Officium testium quid sit, demonstratur.

TERTIA ANNOTATIO.

DE PERSONIS NECESSARIIS in judicio.

1. IN quocunque judicio, sive agitur per viam actionis, sive accusationis, sive denuntiationis, sive inquisitionis, sive per officium Judicis, tres personæ de substantia ejus intervenire debent, nempe Actor, vel Accusator verus, vel fictus, Reus, & Judex, ut ex definitione judicii supra in prima Annotatione tradita constat. Cui resolutioni non obstat text. in cap. 1. 4. quæst. 4. & text. in cap. Forum, & Testes: nam respondeo primò, ad essentiam Judicii necessitate præcisæ tres personas tantum necessarias esse, scilicet, Judicem,

B 2

bet, ut communi calculo scribentium receptum est, (d) nec statuitur Judici ad quem assèrenti, se impedimentum fuisse, secundum Decium, (e) & probatur ratione, quia ubi veritur notabile præjudicium partium, non creditur Judici, nisi quatenus ex actis processus conspicerit. (f)

16. De jure autem Regio, licet dispositum sit, Instantiam appellationis terminandam esse intra annum, (g) id enim in defectudinem abiit, secundum Gregorium Lopez. (h) Cautius tamen erit, quòd in Auditibus Regalibus processus intra annum concludatur, fatalia protestentur, & Auditores Regis cum processu requirantur, ut sententiam proferant.

17. De Stylo Curie Romanæ nullo dato impedimento, biennium, & aliud tempus conceditur, dummodo, intra annum aliquis actus fiat, (i) 18. idem observatur in Supremo Consilio nostri Regis Invictissimi. Et quòd ita in Consistorio Principis observetur firmat Maranta, (j) & Afinius cum aliis compluribus. (k)

19. Circa supradicta advertendum erit, Instantiam appellationis causarum Civilium, non excedentium quantitatem decem milium marapetinarum (de quibus per viam appellationis in isto Regno Decuriones Civitatum, & Locorum cognoscunt) terminari debere spatio quadraginta quinque dierum à die lata sententia per inferiorem, (l) quo tempore elapso, appellatio remanebit deserta, neque aliud tempus, etiam ex justissima causa concedi poterit: 20. & licet de facto post illud tempus Decuriones proferant sententiam, sententia erit nulla, ut elegantè resolvit Didacus Perez (m) contra plures, quos ibi refert, & contra Panormitanum (n) 21. Et an Instantia precepta lapsu temporis jus partis preceat? resolvit Thomas Grammaticus, (o) & Didacus Perez, (p) & plures alias quæstiones de Instantia cogunt Maranta, (q) & Afinius. (r)

(d) In dict. cap. Cum sit Romana.

(e) In dict. cap. Cum sit Romana, num. 3. Et factis intendit Jass. in leg. 1. in princip. num. 60. ff. de Offic. ejus, cui vbi mandat. jur. Et Decius in cap. Que in Ecclesiis, num. 27. de Constit.

(f) Juxta text. in cap. Quoniam in fine, de Probation. junct. cap. Cum à nobis, de Testibus. Et resolvit Menochius de Recuper. possess. rem. 16. quæst. 26. num. 352.

(g) Per text. in leg. 11. tit. 18. lib. 4. Recop.

(h) In locis supra citatis.

(i) Secundum Casiodorum, decisione 6. num. 8. in tit. de Appellat.

(j) De Ordin. Judic. 5. part. num. 15.

(k) In Praxi Judicior. in princip. cap. 3. n. 28. & 31.

(l) Juxta text. in leg. 7. tit. 18. lib. 4. Recopil.

(m) In leg. 6. tit. 16. lib. 3. Ordinar. versic. Utrum autem.

(n) In cap. De causis, in princip. num. 10. de Officio Deo. legat.

(o) In voto 31. num. 4.

(p) In Rubric. tit. 1. lib. 3. Ordinar. versic. Inquirendum est.

(q) De Ordin. Judic. 4. part.

(r) In Praxi Judic. cap. 3.

cem, Actorem, & Reum. At vero necessitate causativa quatuor personas necessarias esse, nempe, Judicem, Actorem, Reum, & Testes, in qua specie intelliguntur jura contraria. 2. Testes enim non sunt necessarii præcise, sed ad effectum, ut actor obineat: nam actor non probante, Reus absolvi debet. (a) 3. Sine testibus enim, & probationibus Judicium, & sententia tenent. (b) Et hanc interpretationem ad prædicta jura tradit Decius, (c) & nemine relato, eam sibi vendicari Didacus Perez. (d) Quæ tamen interpretatio ad text. in dicto cap. 1. 4. quæst. 4. sublineri nequit: confunditur enim ex verbo, *Necessè* ibi positum, quod respicit omnes personas ibi descriptas sub una determinatione, & sic pariformiter terminari debet. (e) Ideoque sicut Judex, Actor, & Reus sunt necessarii necessitate præcisa, ita & eodem modo Testes.

Quamobrem aliter prædicta difficultas potest intelligi, scilicet, quod quamvis Judicium sit actus trium personarum in Judicio contententium, non tamen inde sequitur, testes non contententes adesse non posse in Judicio, secundum Basianum; (f) quæ tamen interpretatio displicet Ripæ, quia arguit prædictam definitionem defectivam esse, ut optimè pungit Ripa. (g) 4. Vel verius intelligi potest text. in dict. cap. 1. 4. quæst. 4. Nempe, quod ibi non definitur Judicium à Fabiano Summo Pontifice, sed solummodo improbetur quidam abusus, quo utebantur Orientales, scilicet, quod Accusator, & aliquando Judex fungebantur munere testium in probandis criminibus, cum tamen deberent necessario testes esse distinctæ personæ ab Accusatore, & Judice. Quo circa Summus Pontifex ibi præcipit, quod si Testes fuerint producendi in Judicio, Judex, vel Accusator vicem testium supplere non possint, sed quod quatuor personæ distinctæ debent adesse. Qui intellectus apprehenditur ex Architypo (b) idemque observandum erit in Judicio Civili, quando Actor pro-

bare debuerit, quod asseveraverit. (i) Ex quo intellectu deducitur, tres personas de substantia Judicii necessarias esse, *Judicem, Actorem, & Reum*, ut supra resolvimus: 5. Cæterum Testes non esse de substantia, sed ex accidenti, quando producendi fuerint, quo casu eadem necessitate præcisa debent esse distincti à Judice, & ab Actore: & in hunc sensum est accipiendus, text. in dict. cap. 1. 4. quæst. 4. & in dict. cap. *Forum*. Et ita communiter Præceptores Universitatis Salmantine interpretantur, quæ interpretatio planè deprehenditur ex cap. *Nullus* introductio 4. quæst. 4.

6. Officium Actoris est, *intendere, objicere, & expetere*. 7. Qui in omnibus causarum discussionibus prior habetur, & in jure præponitur, cum ipse sit, qui causam movet, (j) ejusque officium voluntarium est. (k) Et regulariter omnis potest esse Actor, qui prohibitus non reperitur, ut tradit Speculator in tit. de *Actore*, n. 1. 8. Qui ante litem movendam attendere debet ea, quæ continentur in principio, Tit. 2. Part. 3. Ut laboribus partium, & expensis parcatur, & suæ conscientiæ consulatur.

9. Officium Rei est, *intentata refellere, & petita negare*, & officium ejus explicatur in Proœmio, tit. 3. Part. 3. (l) Et ad hos duos colligentes accedit Judex intermedius: cujus officium est, utrumque Actorem, & Reum æquis, & benignis auribus audire, alterum damnans, alteri verò justitiam adjudicans. (m)

10. Testium officium est, *intentionem partium probare, & Processus instruere*, de quibus dislerendum erit infra in Octavo Tempore viæ ordinariæ in I. Part. Tom. I. Sunt & aliæ personæ, quæ in Judicio interveniunt ad instruendos Processus, & lites, ut *Procurator, Advocatus, & Tabellio*, de quibus in sequentibus erit agendum.

EX

(a) Leg. *Actor*, Cod. de *Probat.* cap. unico. *Ut Eccles. benedic.* & in cap. fin. de *Jurejurand.*

(b) Secundum Azonem in *Summa*, Cod. de *Judiciis*. Et *Barcol.* in leg. *Proleta* definiuntur, Cod. de *Sentent. & interlocutio*, & in leg. *Per hanc*, Cod. de *Temporibus appellat.* Alexand. in consil. 105. num. 4. lib. 5. Panormit. in cap. *Afferte*, de *Presumpt.* Decius in consil. 294. volum. 1. num. 11. & 12. Et *Felin.* in cap. *Ecclesia*, n. 24. de *Constitutione*.

(c) In Rubric. Extra de *Judiciis*, 2. lectura, num. 3. *Ubi Berouus*, num. 27.

(d) In Rubric. tit. 1. lib. 3. *Ordinament.*

(e) In leg. *Jam hoc jure*, ff. de *Viol.*

(f) In Rubric. de *Judic.* col. 2. *Relatum à Ripa* ibi, nu-

mer. 42.

(g) *Ubi supra*.

(h) In 2. epitola *Fabiani* ad *Episcopos Orientales*, col. 6. pag. 115.

(i) Juxta text. in dict. leg. *Actor*.

(j) *Ue* in dict. cap. 1. IV. quæst. 4. & in dict. cap. *Forum*, §. *Omn.*

(k) *Ue* in rub. & nig. Cod. *Ut nemo invidios agere*. Et notat *D. Franciscus à Sarmiento*, lib. 1. *Selectarum*, cap. 2. num. 1.

(l) Et est videnda regula, cum *sunt parium*, junctæ sua *Gloss.* de *Regul. Jur.* in 6. & in leg. *Favorabiliores*, ff. de *Regul. Jur.* Et notat *Sarmiento*, ubi *supra*.

(m) Juxta text. in leg. *Inter litigantes*, ff. de *Judic.*

EX IV. ANNOTATIONE.

SUMMARI A.

1. **D**efinitio Procuratoris ponitur. Procurator dicitur, qui aliena negotia de mandato domini administrat.

2. Procurator in rem propriam improprie dicitur Procurator.

3. Disposita in Procuratore ad lites non procedunt in Procuratore in rem propriam.

4. Procurator qui negotia aliena de mandato domini gerit, duplex est, unus ad lites, & alter ad negotia.

5. Procurator ad lites ante litem contestatam non potest alium substituere, nisi mandatum habeat cum clausula de substituendo.

6. Procurator datus post litem contestatam à domino, non potest alium substituere, nisi specialiter hoc in mandato continetur.

7. Procurator ad lites tenetur comparere in Judicio, cum mandato domini sufficienter instructus, aliàs Processus reddetur nullus, nec domino prejudicabit.

8. Judex compellere potest Procuratorem, ut mandatum ostendat, etiam partem non petente.

9. Procurator hodie in Judicio non est audiendus, prius quam exhibeat sufficiens mandatum, à tergo manu Advocati subscriptum.

10. Judex debet esse munitus cautus, ut in primis faciat sibi ostendi mandatum in scriptis redactum.

11. Mandatum Procuratorium de jure probari sufficeret per Testes; tamen de communi Praxi, & stylo Judiciorum probari potest per instrumentum.

12. Mandatum non probatur presuntivè ex allegatione diuturni temporis.

13. Instrumentum mandati in Judicio produci debet, nec sufficit, quod Tabellio de eo fidem faciat in Processu.

14. Judex ante omnia inspicere debet, an mandatum sit sufficiens.

15. Mandatum speciale in quibus casibus requiratur, traditur remisivè.

16. Processus gestus cum Procuratore generali in causis requirentibus speciale mandatum, nullus est, etiam si Procurator datus sit generaliter ad omnia, quæ speciale mandatum exigant.

17. Procurator datus cum libera administratione, expedire potest omnia, quæ speciale mandatum requirunt, nisi in his quæ solent asserere grave damnum domino.

18. Clausula: Cum libera administratione, in mandatis potius ex abusu, & stylo Notario-

rum, quam ex voluntate domini solet apponi.

19. Mandatum specialiter concessum ad aliquas lites, vel negotia non comprehendit majora, vel graviora expressis; quamvis adjecta sit clausula: *Y para en todos mis negocios, y Pleytos, que tengo, y espero tener, &c.*

20. Syndicus constitutus ad certa negotia mandatum speciale requirentia, & generaliter ad omnia, donare, vel renuntiare non potest.

21. Procurator constitutus contra certam personam in certa causa, & in omni alia intelligitur contra eandem, & non aliam.

22. Mandatum contra unum, & contra alios non includit illo digniores.

23. Mandatum concessum cum clausula: *Y para en todos mis negocios, y Pleytos, que he, y tengo, y espero haber, y tener.* Solummodo includit lites presentes, & ex jure de presenti ortas, non tamen futuras, nisi dependenter ex litibus de presenti.

24. Spes, & sperare proprie dicitur, quando est spes probabilis ex aliqua causa de presenti.

25. Mandatum contra Titium cum clausula generali: *Contra quælibet personas, &c.* Non comprehendit Universitatem, Civitatem, aut Collegium, nisi specialiter exprimantur.

26. Procurator ad lites constituendus debet esse major 25. annis, nec minor potest.

27. Mutus, surdus omnino, exul, bannitus Procuratores constitui non possunt.

28. Criminosus de erimine accusatus Procurator constitui non potest.

29. Plures accentur à munere Procuratorio, remisivè.

30. Procuratores esse prohibentur Clericis, & Monachi.

31. Procurator in Audientia Regis nemo potest esse, nisi prius examinatur, & sit ex numero illius Audientia.

32. Procurator nemo potest esse in illo Tribunali, in quo certus numerus Procuratorum deputatus fuerit, nisi ex eis sit.

33. Procuratores plura hodie tenentur observare, remisivè.

34. Prælatus Ecclesie absque mandato Capituli Causas Ecclesie agere potest, nisi essent arduæ.

35. Vicarius perpetuus Ecclesie pro sua Vicaria agere potest absque mandato Rectoris.

36. Prælatus Ecclesie in casibus, in quibus potest agere Causas Ecclesie sine mandato Capituli, potest ipse solus Procuratorem constituere.

37. Quæ persona in Judicio pro aliis comparere possint sine coram mandato, remisivè.

38. Judex, cum primum viderit Processum gestum absque mandato, non debet illum illus-